

**MATTHAEI  
GRIBALDI MOPHAE  
CHERIANI IVRISCONSUL-  
TI CLARISSIMI, COMMENTARII IN  
ALIQVOT PRÆCIPVOS DIGESTI INFORTIATI, NOVI,  
& Codicis Iustiniani Titulos atq; Leges, vtilissimis CONCLV-  
SIONIBVS illustrati. Et in florentissi. Patauino Gym-  
nasio per eundem, tum temporis ex ordine  
profitemtem, prælecti.**

*NUNC PRIMUM AD VUTILITATEM OMNIYV IN SCHOLIS,  
forog. versantium, tum etiam ob colendam Præceptoris optimè meriti memoriam, singulari  
opera, studio, & industria CONRADI AB OFFENBACH, Iureconsulti,  
Lotharingici, & Hessorum Principum Consiliarij, &c. una cum  
Additionibus eiusdem non infrugise-  
ris, editi.*

**QVIBVS ADIVNXIMVS ET PLVRES GRIBALDI LVCVBERA-  
tiones, iam antea diuerfis in locis ab ipso euulgatas, vthoc primo volumine, præ-  
cipua illius OPERA Lector habeat: Donec alterum, nostro studio,  
(quod breui futurum pollicemur) volu-  
men, subsequatur.**

*Num. 46. cap. 6.*

*Num. 28. Cum Indice rerum & verborum copioso.*



**CVM GRATIA ET PRIVILEGIO IMPERIALI.**  
*Francfurti ad Mœnum Anno 1577.*

**COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO RIGVM**



AD INSIGNIA GENTILITIA D. CONRADI AB OFENBACH, I. C. DOCTISS.



*Hic canis in silvis sequitur genus omne ferarum.  
Hic tua, iustitia munera, scripta docent.*

Renatus Olry Nanceianus.

ALIVD.

*Clari Ofenbachij sVNs hac sacra stemmat A, Docti  
Ingenij, dotes qua meruere sui.  
Tradidit hac series proauorum longa, sed ipse  
Hac florere sua dexteritate facit.  
Quod fidus custos sit legum, iuris, & aequi:  
In galea rutilans denotat ista canis.*

VV. L. Ab Ortenberg I. L. S.

D. CONRADO AB OFENBACH IVRISCONSULTO CELEBERRIMO ET AMICO PERCOLENDO.

*Dum tua mellito exornant sermone Gribaldū  
Scripta, dū extinctus morte negante redit.  
Vivit, & inuit is redit ille sororibus, at qui  
Altera (quod vivat) debita vita tibi est.*

*Cum tamē hunc vitæ reddis: iam morte sopitus  
Ceruleis tecum Mopha triumphat aquis.  
Ille iterum vivit, morti tumuloq, superstes,  
Mopha, vincet bonos nominis ille tui.*

Renatus Olry Nanceianus.

\* 2

SERE-

MATTHAEI GRIBALDI  
MOPHAE, IVRISCONSULTI  
CHERIANI, PRAEFATIO, SUPER LECTV-

RA SEQUENTI: HABITA PATAVII, IN SCOLA IV-

reconsultorum: Tertia Nouembris. Anno

M. D. L.



ERVIVM SULPITIVM, Inter veteres Iu-  
risconsultos, facile principem, Ornatissime  
Confessus: Cui S. P. Q. R. ob egregia in  
Rempub. merita, interpellante M. Tullio,  
statuam collocavit, Cum eiusdem Cicero-  
nis amicissimi viri, grauiſſimum dolorem,  
ex obitu Tulliae filiae conceptum, lenire  
omnibus modis conaretur: Inter caetera  
praecleara sua dicta, sane memorabilem sententiam protulisse le-  
gimus: Nempe, ea, quae solius temporis fluxu confici solent, tem-  
peſtiua hominis prudentia praecurri debere. Nullam enim esse,  
tam immensam doloris, aut voluptatis magnitudinem, quae tan-  
dem solo temporis spacio non euaneſcat: Hanc ab initio repri-  
mere, & moderari summae esse prudentiae.

*Seruij Sulpi-  
tij elegans  
Dignitas.*

At quorsum haec commemoro? Ego sane, Nobilissimi Iuue-  
nes, hanc elegantissimam aureamque sententiam, ad vos, studiaque  
vestra, probe referendam putavi: Qui, cum per innatum feruida  
ac lasciuientis aetatis calorem, ad corporeas voluptates, iuueniles  
delicias, & lubrica desideria, magis, quam ad seuera virtutum stu-  
dia, procliuem animum habeatis: praetium operae me facturum  
existimaui, si vel hac vna sapientissimi Iureconsulti admonitio-  
ne, vos ab erroneis diuerticulis, ad rectam bene viuendi semitam  
reuocarem. Cogitandum etenim vobis est, candidissimi Iuuenes,  
ita aliquando futurum, vt isthaec omnia iuuenilia, (vt sic appellem)  
deliramenta, quae nunc praecipiti mente versatis, dum forte Iocis,  
nugis, choreis, ludis, alca, scortis, amoribus, gladijs, contentioni-  
bus, profusionibus, caeterisque id genus studijs, parum quidem  
honestis, ac liberalibus indulgetis: Ita futurum (inquam) vt haec  
omnia solius temporis cursu, in vobis facile pereant, ac deleantur.  
Praesertim cum calore illo, paulatim discussio & tepefacto, pul-  
sus & Arterion in vobis ita refrixerint, vt vos ipsi in poenitentiam  
amissi temporis deducamini. Tunc enim vobiscum ingemiscetis, vos-

A

tis, vos-

# IN RVBRICAM TITVLI DIGESTORVM INFORTIATI, SOLVTO MATRIMONIO, QVE MADMODVM

DOS PETATVR, LECTVRA ORDINARIA: EXCEL-  
lentissimi Iurisconsulti, Matthai Gribaldi Moabe. Patavij. 1550.

*Si in ordine  
nihil constat.*



**Q**Uod nihil sine ordine, præter  
confusionem, constare possit:  
Glossa §. Inordinatum Auth.  
de hæred. & falcid. nos, circa  
declarationē huius Rubricæ, iusto serua-  
to ordine. **X I I I.** Quæstiones tractabi-  
mus.

*Imitatio or-  
dinis Eipæ.*

- I. De Origine Dotis, & quam ob causam inuenta sit.
- II. Quamobrem secundus Pandectarū Tomus, infortiatum dicatur? & quomodo dictio (. I N .) in Iure accipiatur?
- III. Vtrum statutum, puniens insultantem in domo, comprehendat illum quoque, qui alicui in ostio insultat?
- IIII. An argumentum ab Etymologia vocabuli sumptum valeat?
- V. Nunquid dictiones, **PERVSIIVS**, & de **PERVSIIO** conuertantur, & sint eiusdē significationis? & nūquid Repræsentatō concessa, contra Perusinos, cōcedantur contra eum, qui est de Perusio?
- VI. An continuationes glossæ, rectè procedant?
- VII. Quamobrem Tomus hic, à capite libri æditus non fuerit? & De intellectu L. Argentarius. ff. de Eden.
- VIII. An hic Titulus locū habeat, quocunque modo soluto Matrimonio? & De intellectu L. Auunculo. ff. de cond. ob causam.
- IX. Qualem habeant vim, ablatini absoluti? & de intellectu L. A testatore. ff. de cond. & demonstrat.
- X. Qualiter accipiatur verbum **P E T O**? Et vtrum statutum loquēs, de petitione, repetitionem includat?
- XI. Quid sit Dos? & Vtrum libellus generalis, in dote procedat? & de intellectu l. ff. C. de sententiis, quæ sine certa quantitate profer.
- XII. An appellatione dotis, veniat Dos promissa, sicut numerata, seu tradita?
- XIII. Nūquid soluto Matrimonio, pro-

priè Dos dicatur? & Vtrum statutum, de dotata loquens, comprehendat viduam? siuè: Quo tempore Dos propriè dicatur?

## PRIMA QVAESTIO.

### DE ORIGINE DOTIS.



**A**D primam quæstionē diceret quis, Dotem ideo inuentā, vt onera Matrimonij, p hanc sustineantur. l. si ante. l. Diuortio. j. cod. l. p onerib. C. de Iure dot. L. dotis fructus. eod. tit. Aliā tamē adfert rationē Euripides, in Hyppolito, dicēs: Constat, Mulierē ingens esse malum, quod Pater à se progenitum, vt in alienam propellat domum, prætio dato, cogitur detrudere.

*Ratio Euripi-  
di, quare  
Dos inuēta.*

Hoc Euripidis dictū, duabus Iuris rationibus fulcitum est. Prima: Quòd officij paterni est, dotare filiā, & mediante mercede, domo illā extrudere. L. qui liberos. ff. de ritu nupt. Altera, quòd omnis mulier mala: & ideo mali, qui ab iis procreatur. Quicquid enim ab infecta radice progreditur, infirmum est & debile. L. si. C. de natural. lib.

*Officij Pa-  
terni est, do-  
tare filiam.  
Omnia mu-  
lier mala.*

Dos ipsius foeminae ppiū est patrimonium. L. 3. §. Ergò etiam. ff. de Minorib. & ibi notab. Glossa, In voc. Patrimonium.

Pater in initio dotis dandæ, legē, quam velit, etiam citra personā filia, dicere potest. Sed postquam semel dotē constituit, non potest eam postea imminuere, citra vtriusque & Mariti, & Vxoris filia personam. L. Legitimam. ff. de pact. L. Cum Dos. ff. de pact. dotal. vbi text, notab.

De dote Profectitia, disputāt DD. Vtrū, Dos Profectitia, an soluto Matrimonio, ad patrē reuertatur, an liberis relinquatur. Socynus tamen conf. 9. vol. 1. non tandem de consuetudine, sed etiam de rigore Iuris, Dotē Profectitiam, propriam esse Mulieris, & ad liberos transire, non ad patrem, probat. xx. Argumentis. fac. L. pater filiam. ff. ad L. falcid.

*Dos Profecti-  
tia, an Solu-  
to Matrimo-  
nio, ad Patrē  
reuertatur.  
Tamen tene-  
tur conferre  
cum liberis.  
l. ff. C. de  
Collat.*